



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1627.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

omnia Principibus reliquis vel tacere compulsi, vel si reniterentur, aulā exturbatis.

A N N U S 1627.

Urbanus VIII. Pontifex maximus iο Julii adscripsit martyrum catalogo tres ē Soc. Jesu, Paulum Michi, Joannem Gotho, Jacobum Kisai, & aliquot Franciscanos profide Christiana à Japonibus occisos.

Majo ineunte Pragam defertur corpus S. Norberti Episcopi Magdeburgensis, & Praemonstratensium Fundatoris,

Die 30 Julii imago crucifixi in spelunca Manresanā, ubi olim S. Ignatius de Lojola vitæ sanctioris tyrocinium posuit, sanguine manavit. *Ricciolus & Girardus.*

In Germania graves passim auditæ querelæ contra laxatam nimiūm militarem disciplinam in exercitu potissimum Fridlandico, ipsumque Ducem Fridlandum, cuius ferox & imperiosus genius Principibus Imperii erat intolerabilis ; unde frequentes indicti conventus Imperiales Heripoli, Colmari & Mülhusii de tollendis belli incommodis, & componenda re Palatina cum Cælare ; sed nullo vel exiguo planè fructu.

Multas iterum clades passus hoc anno Danus à Ducibus Cæfareis, & compulsus ad peten-

Saculi decimi septimi.

58

perendam pacem à Cæsare, in cuius potestatem cessere loca ferè omnia intra Albim & Oceanum Balthicum.

Ludovicus Rex Galliæ graviter conque ritur per suum legatum apud Carolum Regem Angliæ de non servatis matrimonii conditionibus, & de amandatis ex Anglia Ecclesiasticis, quos Regina secum ex Gallia duxerat.

Angli frustrâ tentant insulam Rheam ditionis Gallicæ , & ab arce S. Martinicum strage repelliuntur à Schombergio.

Sigismundus Rex Poloniæ cum filiis Ladislao & Casimiro gravi clade afficit Suecos, imperfecto eorum Polemarcho, aliisque Ducibus plurimis, ipso etiam Rege Gustavo iictu globi vulnerato,

Parisiis duella repressa sunt , nobilibus gladiatoriibus publicè lictoris manu capite minutis Francisco Momorantio Buttevilio, & Francisco Rosmandeco Comite capellarum.

In Apulia ex ingenti motu terra contremuit horis 5. cum magna hominum & domorum strage.

ANNUS 1628.
Constantinopli Legati Angliæ & Hol-
C 2 landiæ